

9.
2.
li 3 mala ten-
exuta acoz sic
cor' n̄ silitudo
z q̄ silitudie cor'
e locus z regio
cios d̄i cor' rōm
ta aīa localit̄ n̄
ubi 3 sili do corpo
ocū at excellen
saur aīa exulta
ico ataz dāpna
p̄ uba aug' sona
locus cor' h̄ soli
z loco/ cū ḡ aīa
z loqñs n̄ sili cor'
corpi q̄ rete dñ
emaneat ap̄ nos
uo pacif̄ aīa se
dilect̄ & sili do cor'
eo. xii. lib' dñs/pā
de hoc cor' exiunt
n̄ puto sp̄talemē
z subdit q̄ ad p̄
loca penalia sili
n̄d̄ nobis n̄dere
p̄s. z dāpna cor'
sic se h̄is n̄p̄l̄ y
z alit̄ cor' h̄ ex
alit̄ cor' n̄d̄ p̄z
dimēnū qui sic loc
m̄ aug'. meod̄ li
z sepe deuūrata
p̄b̄ z iacuerit ales
cui z infimales pe
ip̄s ḡerent sili
ferri z calia sili
z aīa eē coopez
cor' lūi n̄broz/q̄ p̄
e ambikare ut sedē
volati fū q̄ sine
fū/ z subdit q̄ p̄m
ros gerit aīa n̄ m̄
d̄ este si cor' t
ha adorat ult̄

¶ n̄ce t uolūtēm hili em̄ dubiu 3 p̄ lapu
n̄z māta h̄ sili do lapidis ut m̄ dea in tōt̄
ḡ p̄nt̄lin t agn̄t̄m pot̄ ap̄ se aīa h̄c sili
cor' sic eaā m̄to magis puc ad yd̄ spectat
p̄ h̄ h̄c p̄ssett̄m t p̄ssett̄m aīa p̄tac̄
z mala que sic 3 aīt̄a corpi z cor'libz rebz
ut q̄ se cor'le m̄t̄ngat ut p̄ dello dūce
qui p̄ssett̄us īm̄f̄m̄ dicebat q̄ p̄t̄ alrahā
siner lazari īm̄t̄ngē extreñū diḡl̄ su m̄
aq̄ua z refrigerare liḡua eius q̄ cruciat̄
illa plāma/ oīat aīe dūcēm̄ illā porca
tum fuisse īm̄f̄m̄ fin̄ aīam u fin̄ cor'/ t̄ cu
sic loquit̄ ac si h̄c liḡua que 3 res corporal̄
z p̄i effgerat̄e petebat aq̄ua q̄ eaā res cor'
z q̄ aīa dūcēs n̄d̄ sili liḡua h̄c id̄
danḡi pot̄at q̄ liḡua erat allata t̄ aīt̄a ad
res cor' ut sili sili h̄c cor'lia organa tha
be liḡua/ sili ḡ aīa dūcēs dicebat h̄c liḡua
h̄c n̄ pot̄at q̄ illa z̄ cor' pot̄at cū ee sili do
et̄ q̄ hebat em̄ illa aīa ap̄ se sili z cor'le tale
adq̄ aīt̄a ut̄ loq̄bat ac si h̄c cor'le liḡua
h̄c n̄ liḡua dīcis illi n̄ pot̄at z cor' q̄ sili do cor'
p̄ari vōe ut n̄d̄ plāma illa m̄q cruciabat̄
n̄ erat cor' h̄ plāma illa erat sili do ignis
īm̄f̄m̄ ul̄ loc īm̄f̄m̄ m̄s z n̄d̄ q̄ īm̄f̄m̄
l̄m̄f̄m̄ locus n̄ h̄a cor' h̄ sili do cor' q̄ aīe
ib̄ exiutes n̄ ueras ueras paciūt̄ur si sili
penaz/huic et̄a oī. ib̄ īm̄f̄m̄ au ḡ t̄ īm̄f̄m̄
nis ubi n̄ fin̄ cor' h̄ sili ues cor' uisiones si
ut̄ aīe ueras penas z uera gaudia soraū
t̄ q̄ m̄l̄d̄ quis sop̄manis dok̄ se asopno uigil
lasse eo q̄ erat īgaudio/ t̄ m̄l̄d̄ quis asop
no uigilans timer rūsi obdormire ne des
m̄ens r̄sus īpēnū existat̄ h̄z q̄ ang' aīt
li. eodē d. q̄ quām̄ si sili cor'lia. h̄ sili a cor'
quibz aīe exute acoibz affaciūt̄ il̄ sili uā
iūa leica t̄ uā molestia/silē p̄ īsopm̄ ī
quibz m̄l̄t̄ īm̄f̄m̄ uēt̄ uileas an̄ cristiibz sili
z subdit q̄ quida īsopm̄ sili quas occupi
uerat̄ sili uēt̄ se euigilasse doluit̄/ t̄ r̄sus
quida īsopm̄ ḡm̄ibz t̄r̄ibz acq̄ crucia
tibz exagitat̄ acq̄ uexat̄ cū exgeſtatī
dormire t̄m̄uert̄ ne adead̄ inala reuocā
reduc̄/ silē ḡ īsopm̄ uē quis n̄st̄at̄ cū

oo P. 2



Ug. 19, 2

DISPUTATIO INAUGURALIS,
IURIDICA.

de

Principali Rerum Communi-
candarum Modo:
DONATIONE PROPRIA.

Quam
DEO TRINVNO ASSISTENTE.

Ex Decreto & Authoritate,
Nobiliss. Ampliss. IVRE CONSULTORVM ordinis

In Illustri Academia IULIA.

SVB DIRECTORIO

Amplissimi, Consultissimi, Excellentissimi viri,

DN. IOANNIS STVCKII ICTI,
Codicis Professoris publici, Facultatis Iuri-
dicæ ordinarii, ac p.t. promotoris; nec non Illu-
strissimi Brunsvicensium Ducis Consiliarii, & Dicaste-
rij Guelphici Asessoris meritissimi, &c. Promotoris ac
Fautoris sui multum honorandi.

*PRO SVM MIS IN VTRQVE IVRE PRIVILE-
GIIS ET HONORIBVS DOCTORALL-
BVS CONSEQUENDIS*

Publicè exhibet

BRODERVS PAVLI, Husensis
Holsatus.

In Auditorio Maiori


Ad diem 21. Maij

Horis ante & Pomeridianis.

HELMESTADI,
Ex Typographéio LUCIORUM,

Anno Christi cīc Iō cxxix.





In Nomine Domini nostri Iesu Christi.
Principalis Rerum Communicanda-
rum Modi:
DONATIONIS PROPRIAЕ,
ANTELOQVIVM & Isagoge.

I.

Vissu , Permissu , Nobilissimi
Ampl.ICTORUM Ordinis, servo con-
suetudinem , & has Conclusiones ,
quas de Donatione Propria , cum
privilegio, hoc potissimum seculo
recepto REPETIT AE scil. SCRIPTIO-
NIS collegi, publico examini submitto.

II.

Ut autem Materiæ Præstantia, & Natura incla-
rescat, incipere juvat à Generalibus rationibus ,
Iuris Formulas Communicativas, invenientibus
constituentibus & discriminantibus.

III.

Legislatores observarunt Res omnes homi-
num gratiâ conditas , atque ad eorum utilitatem
comparatas esse, proinde perspicientes, hanc u-
tilitatem sine communicationum ratione Vanam,

A 2

imò,

imò, multis modis impossibilem, summâ ope, & prudentiâ singulari Communicandarum Rerum Modos & Formulas invenerunt, informarunt, & legitimi circumscripterunt limitibus, cùm ut facilius homines ad Communicationem rerum descenderent, invitati mutuâ & gratâ communicatione, tûm ut eos quos aliorum liberalitas & facilitas ad insolentiam & iniquitatem erigere sollet, pœnarum Incommunicabilitatis & Revocationis terrore in officio humanitatis continerent, uti patebit illis, qui subtili animo Iurisprudentiæ sacra pertractant.

IV.

Hos autem Modos seu Formulas Communi-
cativas constituentes, Informantes, Approbantes,
respexerunt primariò ad naturam hominum: ete-
nim rerum affluentia instructi, ita ut plurimum
animati affecti q; sunt, quod sua aliis Communica-
re vel *VELINT* vel Nolint.

V.

NOLENTES, tanquam ipsi Naturæ pere-
grinos & inimicos, Naturæ, & certissimo & for-
tissimo vindici reliquerunt puniendos, Rerum
scil. ab omni usu & communicatione abstracta-
rum Corruptione Naturali!

VI.

VOLENTES, ita ad communicationem pro-
pen-

pensos invenerunt, ut benè subductâ ratione Totius Vniversi, suā factā; Omnes Res hominū gratiā conditas à Deo esse: proinde à semetipsis, nobilissimā Rerum portione, incipientes, Bonorum Animi, & Corporis, & Rerum Communicatione, hominibus prodesse voluerunt: profectò felici & & pio conatu!

VII.

Quod ne quis à me hoc ita saltim dici singiq;
opinetur, aliquot illustrioribus Communica-
tionum Modis, à Legislatoribus nostris specificè
notatis, informatis & approbatis, clarissimūm
dabo.

Incipiam autem ab Animi & Corporis Bonorūm Communicatione.

IIX.

Animi & Corporis facultates, nostris utilita-
tibus adjungunt, quando Boni & Innocentis
viri officio funguntur, Iudicantium partes susci-
piendo, calumniantium iniquitates expellunt,
nostrum nobis tribui curant.

IX.

Hujus Communicationis occasione à Legisla-
torib^o ea Introducta approbata & informata sunt,
quæ de *IVSTITIA* & Iure; de Legibus & con-
stitutionibus: Iurisdictione, & ut generaliter di-
cam de *JUDICIIS*, inff. C. & Nov. posita sunt.

C 3

10. Cum



X.

Cum desiderium nostrum, in jure apud eum, qui jurisdictioni præst, exponunt, & alterius desiderio contradicunt; Hinc ICti de POSTVLANDO, cum suis connexis.

XI.

Ne Absentes & Indefensi Rerum possessionem aut venditionem patiamur, vel pignoris distractionem, vel poenæ committendæ actionem vel injuriâ rem nostram amittamus. Hinc ICti de NEGOTIIS GESTIS, cum suis connexis.

XII.

Cum perpetui nostrarum rerum custodes esse non possimus, aliorum custodiâ res nostras conservamus. Hinc ICti, de DEPOSITO.

XIII.

Nolo reliquos hujus ordinis Communicacionum modos, ut sunt MANDATI suscepitio TUTELÆ administratio: FIDEICOMMISSI restitutio &c. enarrare, ne rei notæ enarratione morosum lectorem reddam.

XIV.

Priusquam autem Modos RERVM communicandarum adducam, præmittendum est, Res omnes à ICtis dividi summâ divisione, in Corporales & Incorporales, t.t. Inst. de Reb. Corp. & Incorp.

XV,

Cui

Cui Divisioni, *VOLENTES* Res suas aliis
communicare ansam præbuerunt; Ecce enim! Re-
bus dominiis distinctis, præcipuum fuit *VSVS*
Rerum invenire, quam inventionem suasit Re-
rum ipsarum natura, nostra superfluitas & alio-
rum indigentia.

Hinc ratione Proprietatis Res Corporales; ra-
tione *VSVS* & Communicationis, In-
corporales constitutæ sunt.

XVI.

Relatione itaq; ad hanc summam divisionem
habitâ, dico omnes ferè Rerum Communicanda-
rum Modos ex hac divisione Originem ducere:
Quod patebit singularium & Specificorum ali-
quot Modorum Inductione.

XVII.

Qui itaq; proprietatem seu Rem ipsam planè
amittere vult, sihc ullo commodo, & spe futuræ
redditionis, donat rem alteri. Hinc ICI de *Do-*
NATIONE cum connexis.

XIX.

Quod si Rem ita communicare velim, ut al-
teri prodesse, mihi verò nocere nolim, do rem ali-
cui ea conditione, ut eandem in genere reddat,
cum in specie non possit. Hinc *MVTUVM*.

XIX.

Quod si Irrevocabiliter Rem communicare
velis,

velis , aliâ re diversâ receptâ , vel certâ pecuniæ
quantitate seu summâ intercedente , Vendis vel
permutas rem tuam . Hinc ICti. de Emptione-
Vendit: Permütatione , cum connexis.

XX.

Qui Rei *VSYM* certum , certo tempore &
modo , gratis vel non gratis , Rei vel Personæ com-
municant , Modis Communicationum sequenti-
bus à Legislatoribus approbatis informatis utun-
tur . Specificè verò his , qui de *Vsu&Ha-*
bitatione: & De Servitutibus : De Commodato :
De Locato Conducto : De Iure Emphyteutico
agunt , &c.

XXI.

Hisce & similibus in jure nostro scripto extan-
tibus Modis , tota Animi & Corporis Bonorum ,
& *RERV M* Communicationis ratio absolvitur.

XXII.

Laudamus equidem *VOLENTE S* , & inspe-
cie ad Communicationes *REALE S* Descenden-
tes omnes , sed cum Exceptione Distinctionis ,
quam partim Traditionis ceu Communicationis ,
partim Repetitionis natura suadet : quam ex Ta-
bulæ sequentis inspectione haurire licet .

VOLEN-

OMNIA MEDIO MISERICORDIA

ETC.

Nihil, ut DONANTES.

VOLENTE S

Communicant

Res suas:

Reperentes

{ Idem, ut *Commodantes, Pre-*
cariò concedentes.
Aliquid, & vel { Aliud in *Diverso genere; ut*
Vendentes. Permutantes.
Aliud in *Eodem genere: ut*
Mutuò Dantes.

Inter omnium ordinum Communicationes, priorem dicimus ponimus **DONATIONEM**: & missis reliquis Communicationū Modis, quæ in specie de Donatione Propria, iuridicè Breviter & Compendiosè dici possunt IV. sectionibus circumscribimus.

Vt I. Sectione Definitionem seu Descriptionem **Do-**
nationis Propriæ comprehendamus.

II. Sectio Personarum συναθεγισμὸν habebit, quæ **Dona-**
re & Donata accipere possunt.

III. Sectio Rerum ομοιώσιν continebit, quæ **Donatio-**
nis Modo alienari possunt.

IV. Sectio Actiones ratione **Donationis Propriæ**
competentes delineabit.

SECTIO PRIMA,

de

Definitione *Donationis Propriæ.*

I.

CVm *Donationis vox, Synonymia & AEquivoca-*
tionis involucris se ipsam facilè liberet: & apposi-
tione vocis Propriæ, ab Impropria Donatione, se qua-
si segregat. Monitum Philosophi ex naturæ & rectæ ra-
tionis fundamento exstructum sequimur, & transitum
*ad Definitionem *Donationis Propriæ* facimus, ut scia-*
mus Quid sit de quo agimus.

B

Et

II.

Est itaq; DONATIO, ACTUS quo ex liberalitate
Donantis, res, gratis, transfertur in accipientem.

III.

Vt hujus Generis Iuridici fontem inveniamus &
veritatem applicationis videamus, res altius repeten-
da erit.

IV.

Investiga-
tio Summ.
Generum
Iuridico-
rum.

Vniversæ Iurisprudentiæ Sanctionis vis cernitur
in iis potissimum, quæ sunt IURIS vel FACTI, arg. l.
2. ff. de Iuris & facti ign. adeo ut omnis tractatio in jure
nostro, vel de IURE vel de FACTO, vel de IURE FA-
CTO applicato suscipiatur. arg. l. legatum 10. ff. de capititis
deminut. l. bonafides 48. §. 1. ff. de acq. rer. dom.

V.

IURIS Divisiones, veluti à nostro instituto alie-
nas omittimus, & Factum in Licitum & Illicitum diuidi-
mus moti, l. 10. ff. de Iustitia & Iure, verbis: IUSTI ATQUE
INJUSTI SCIENTIA.

VI.

Licum cum Vlpiano ICto: approbante Labeō-
nis Divisionem in CONTRACTUM, GESTUM & A-
CTUM dispescimus. l. 19. ff. de V.S.

VII.

ICTUM autem Generalissimas Facti liciti subdivi-
siones, vel species indicare voluisse, non difficulter col-
ligere licet ex omnibus legibus Vlpiani ex lib. II. ad Edi-
ctum, in Iure nostro adhuc dum extantibus, invicem col-
latis, quas maximo Iuris studiosorum commodo felici
ordine concessit Jacobus Labittus.

VIII.

Et licet hæc Tria sæpiissimè confundantur in Iure
Civili

Civili scripto, specificè in l. 2. Quæq. ff. de Curator bonis
dando l. 3. pr. ff. de peculio l. more 8. ff. de fériis & dilat. &
passim, attamen, si ex vero Iuris Vtu vocabula æstimabi-
mus distinctissima sunt, ut ex Nomothesia constat, &
in specie in l. 19. ff. de V.S. adeò ut ob abusivam & pinguio-
rem earum vocum nomenclationem, veram & singula-
rem appellationem sublatam esse, judicare non debea-
mus.

IX.

His permisssis, dico, Donationem Contractum non
esse, primò, quia nullū inter Donantem & Donatarium
intercedit negotium obligatorium, Ergo nullus contra-
ctus, l. 3. §. 1. ff. de O.A. l. 58. pr. ff. de Donat. Int Vir. & Vx.

X.

Secundò deficit animus, eo enim animo res non
datur & accipitur ut obligatio constituatur! d.l. 3. §. 1.

XI.

Tertiò, quia expressi textus in Iure Ciuili inveniun-
tur, qui donationem è contractuum numero rejiciunt,
l. 14. ff. de precario. l. 3. §. 1. ff. de O.A. l. 18 pr. ff. de donationibus.
Novell. 38. prin. vers. Deinde post. contra leges autem aliquid
asserere, inglorium existimamus.

XII.

Nolo h̄ic textus & rationes cūmulare, & examinare,
quibus ii utuntur, qui Donationem, Contractum &
Gestum, esse contendunt, cum in publica συμφιλοθείᾳ
hæc omnia commode expediri possint.

XIII.

Donationem autem Actum esse facile patet: vide-
mus enim variis modis Donationem peragi, interdum
enim fit sola Pollicitatione, ut l. 19. ff. de donat. Quin & Applicatio
specialis
generis Iu-
rid. Actus.
nuda conventione. l. in adib. 9. ff. de Donat. Sæpè etiam



Stipulatione l.35. §. 5. C de donat. Novell. 162.c. 1. §. sanctimus.
aliquando per innominatum contractum perficitur l.18.
§.1. ff. de donat. item traditione expeditur, l. obligationum.
3. §.1. ff. O. & A. vel ipsius Reiverâ Traditione d.l.3. §.1. vel
Fictâ , utpote Instrumenti Traditione l.1. C. de donationi-
bus, & aliis similibus modis.

XIV.

Necessarium itaq; fuit, per Actum Donationem
definire, Genere, omnia sive Res sive Verbis quid aga-
tur continente.

XV.

Nec est quod præceptis Logicis vim illatam clamite-
mus, quæ Genus proximū in Definitionibus requirunt;
cum Actus generalitas, in hac nostra descriptione, con-
junctione reliquorum verborum in descriptione posito-
rum, ad restrictiorem naturam redacta sit.

XVI.

Dicendum erat de reliquis singulis nostrx descri-
ptionis verbis, sed ea, ne παντολογίαι committamus, com-
modiore modo in subsequentibus sectionibus explicata-
bimus, & ad Sectionem 2. transitum facimus.

SECTIO SECUNDA.

DE PERSONIS.

Ratio Me-
thodi.

I. Mperator, Iustinianus, totius legitimæ scientiæ ele-
menta, (opus Imperatorium æternitate dignum!) ar-
tificiosissimè & compendiosissimè conscribi curavit,
cum primò personarum, secundò Rerum, tertio Actio-
num rationem haberi voluerit. Videmus enim omnia,
ferè in Iure Civilicò collimare, ut Personarum condi-
tiones

tiones decenter distribuantur: Res, Rerumq. Vsus per certas formulas communicentur; & deniq; Actionibus Competentibus Turbatores Rerum & Personarum in officiocontineantur.

II.

Hanc Methodum Iuridicam & Imperialem reputamus, & maximè Rationalem: Imperatorem itaq; nos strum & Rectam Rationem ducem sequemur, & quæ ulterius de Donatione Propria dici possunt prædicto ordine pertractabimus.

III.

Et cum parum sit, Ius Donationis nosse, si Personæ, quarum causa Donatio juventa & constituta est, ignorentur, prius de personis videamus.

IV.

Dux itaq; Personæ requiruntur Regulariter ad Donationem perficiendam, videlicet DONANS, & DONATARIUS.

V.

DONANS quia Actum Licitum exercere debet, requisitis Naturalibus & Civilibus, ne Actus ipsius irritus reddatur, imprimis instructus esse debet.

VI.

Requisitum Naturale est, ut suus sit, id est, Corporis & Animi integritate praeditus, ut voluntatem suam, sine qua Donatio perfici regulariter non potest, in hoc Actu declarare possit.

Donare itaq; non possunt.

Furiosus, & Mente Captus. l.23. ff. de donat. §.8. Inst. de Inut. stipul. Quia non intelligit quod agit d §.8.

Pupill^o qui infantia proxim^o est, l.11. pr. ff. de Aq. rer. dom.

Quia hujusmodi ætatis pupilli nullum habent Intellectū, §.9. Inst. de Inut. stip

B 3 Mu

Mutus Surdus & Cæcus patrēg-untēg-~~gadōtūs~~ talis, l. 10.
C. qui test. fac. poss. arg. l. 33. §. 2. ff. de Donat.

Infans, §. 9. Inst. de Inutil stip. Nam non multūm à furio-
so distat. d. §. 9.

Senex qui omnia omnibus annuens, ut Poëta loquitur,
jam sapere desiit. l. senectus. 16. C. de donat. arg. Novell.
s. cap. 2. Et similes.

VII.

Civile Requisitum est, ut Iuris suffragio hanc
potestatem habeant, obtineantq;.

Donationis igitur Actum Regulariter exercere
non possunt.

Filius familias, etiam, si liberam peculii Pagani admini-
strationem habeat. l. 7. pr. ff. de Donat. non enim ad-
hoc ei concessum est ut alienet. d. l. 7. Aliud est si
consensu patris donet l. 7. §. 2. ff. Donat. vel justā ra-
tionē motus d. l. 7. §. 1.

Prodigus. l. 1. pr. ff. de Curat. furios. Quia fictiōne
Iuris pro furioso habetur. d. l. 1. donec sanos mores
recipiat.

Servus l. 79. ff. de acquir. vel omitt. hereditate. Cum enim in
potestate aliena est, nihil suum habere potest. §. 3.
Inst. per quas pers. nob. acq.

Obsides: illi enim captivi comparantur & eorum bona
fisco cedunt. l. 31. ff. de Iure fisci.

Monachi & sanctimoniales mulieres, Auth. Ingressi C. de
S.S. Eccles. ibi: se suaq; ipso ingressu dedicant Deo.

Hæretici convicti & seditiosi, justā sententiā tales decla-
rati arg. c. Vergentis extr. de Hæreticis.

Læsæ Majestatis Rei, l.s. §. 4. C. ad L. Iul. Maiest. ibi: nulli-
us staruimus esse momenti.

Apo-

Apostatæ. l. 4. C. de Apostatis ibi: nec testandi aut Donandi quipiam habent facultatem.

Vir Vxori, Vxor Viro constante matrimonio Donare non possunt. l. 1. 2. 3. 1. t. ff. de donat inter Vir & Vxorem. Ne mutuato amore conjuges Invicem Spoli-entur, d.l. 1. & ne concordia precio conciliari videatur, l. hacratio, ff. de Donat. Int. Vir. Vx. & hac ratio-ne Venalia essent matrimonia. d. l. 2.

Excipe 1. si donatio donantem pauperiorem non reddat, ut si viro donetur dignitatis conse-quendæ ergò. l. 40. cumseq. de Donat. int. Vir. & Vxorem.

2. Si necessitatis Inevitabilis causâ donet. l. 21. & 43. ff. eodem.

3. Si Remuneratoria & æquivalens sit. l. 7. §. 2. ff. cod.

Imperator verò Donationem, quam in piissimam Reginam suam conjugem vel illa in serenissimum maritum contulerit plenissimam habeat, firmitatem. l. 26. C. de donat. int. Vir Vx.

Bannitus, sententiâ declaratoriâ talis, arg. Ord. Cam. part. 2. Tit. 9. §. So demands: Sollen derselbigen Leib vnd Güter allermänniglichen erlaubt seyn / &c. Ergò nihil donare poterit, cum Donatio præsupponat Rem, quæ donando transferri in alium possit.

PATER non potest donare filio in potestate con-stituto, l. 11. C. de donat., Ratio quia talis Donatio pecu-lij profectitii naturam induit, & sic patri acquiritur: neminem autem sibi ipsi donare posse ratio civilis & na-turalis suadet!

Hæc tamen, ut hoc obiter addam, certis jure defini-tis modis, si Moderata, sit confirmatur, videl.

I. Morte



1. Morte patris, si facta Traditio est. *l. 25. C de Donat.*

V. & V.

2. Tacita Ratihabitione patris post filii emancipationem *l. 31. §. 2. ff. de donat.*

3. Ratihabitione heredum, *l. 9 ff. pro donato.*

4. Iuramento patris, *per cap. cum contingat, ext. de Iure iur.,* quam Affirmativam Camera Imperialis, attestante *Geil 2. obs. 38.* sequitur. secus est de Iure Civili arg. *l. 5. non dubium, C. de LL. & l. 9. ff. de Donat.*

Reliquarum Similium Personarum mentionem faciem sit e nporis angustia exclusus non essem.

IIX.

DONATARIVS quoque Iuris naturalis & Civilis adminiculis instructus esse debet ut rem donatam Consequi possit:

Non itaq; rem Donatam accipiunt
INVITUS, juxta Reg. Vulg: Invito beneficium non
datur *69. ff. de R.I.*

JUDICES, CONSILIARIUS PRINCIPUM, & omnes Iustitiae Administratores: hi enim nullam debent cōtingere lucrum, neq; majus neq; minus, adeò ut nec esculentia nec poculenta accipere possint, & ab omni abstineri acceptance illis solis contenti quæ à fisco illis dantur: Summâ: puras & mundas servent manus Deo, Legi, PRINCIPI; Nov. 17. cap. 1. Novell. 8. in præf.

Idem de Domesticis eorū asserimus, illud & adjicientes, ut neq; per interpositam personam aliquid eorum sine periculo posset perpetrari. *l. 1. §. 3. C. de Contrati iudicium.*

MILITUM foçariæ donatam rem accipere uon possunt,
novâ

novâ ratione, non quasi jus matrimonii obstet;
sed quod Imperator milites suos à focariis suis hac
ratione, fictisq; adulatio[n]ibus spoliari nolit. l. 2. C. de
Donat. int. V. & V.

Læsæ Majestatis Reus: Perversus & Convictus Hæreti-
cus: Bannitus.

Denique Collegia illicita, quæ nullo speciali privilegio
subnixa sunt, donationem capere non posse dubi-
um non est. l. 8. C. de hered. Instit.

SECTIO TERTIA.

De REBUS ad Donationem aptis.

Superiore Sectione de Personis egimus, modò videa-
mus de Rebus, quæ in Donationem cadere possunt;
Cum g. Res omnes, summâ divisione, in Corporales &
Incorporales dividantur, statuimus, si earum Veri do-
mini simus l. 9. §. fin. ff. de Donat. nec Civili Iure prohibe-
mur, eas nos licetè Donare, vel Donatas accipere posse.

Non g. Donationis titulo alienari possunt.

Res Sacræ, Religiosæ, Sanctæ, ut sunt ædes sacræ, &
Donaria quæ ritè administerium Dei dicata sunt; Locus
in quo Aedes Sacræ AEdificatæ sunt vel fuerunt, Muri,
Portæ, Munimenta Civitatum, cum enim hæc quodam-
modo Divini Iuris sunt. §. 7. Inst. de Rer. Div. in bonis pri-
vatorum esse nequeunt.

Facultates seu Bona Imperii, Imperator q.t. Dona-
re non potest, cum jura proprietatis & Dominii Uni-
versalis, non ad Principem sed ad ipsum Imperii Cor-
pus pertineant; Capitulatio. Imp. num. 8. Sleid. pag. mih. 28.
& seq. Paup meist. de Iurisd. lib. 1.c. 21. nec Imperium sit in
Marsupio principis, ut loquitur Baldus in cap. Intellecto
ext. de Iure iur. Adeo ut si juramento accedente Dona-
tionem

tionem perfecerit, nihilominus irrita fit. c. Intellecto ext.
de Iure iur.

Servum Christianum Iudæus, nec largitatis nec alio
quocunque titulo consequetur. l. i. C. ne Christ. Mancip.

Rei Ecclesiasticæ donatio Episcopi, irrita est, absq;
collaudatione & subscriptione Clericorum. c. i. ext. de his
quaे fiunt. à præl.

Principes vel Nobiles, Histrionibus & Morionibus
Insignia, Annulos, & Catenas &c. Indistinctè donare
non possunt, R. A. Spiræ, Anno 1,31. tit. von Schalckss-
narren/ ibi: Sollen auch hinsüro die HErrn vnd die vom A-
del/ jre Schild/ Ring/ Ketten oder dergleichen/ den Schalckss-
Narren also leichlichen/ wie bishero geschehen/ anzuhengen
vnd zugeben vermeiden/ Rationem hujus subministrat c. 7.
dist. 86. ibi: Donare Res suas histrionibus vitium est im-
mane non virtus.

Res pupilli, Donari non possunt à Tutore, pupilli
Sorori, alio patre natæ, etiamsi ea aliter nubere non po-
tuit; nam et si honestatis prætextu fieri poterat, tamen
cum ex liberalitate sit, servanda ea arbitrio pupilli est. l.
12. §. 3. ff. de administ. & peric. tut.

Hujus naturæ etiam est Res Litigiosa, adeò ut nec sacris
quidem Vtibus dedicari consecrariq; possit. l. 3. ff.
de Litigiosis.

Liberi hominis nulla Donatio est. l. 4. ff. ad L. Fab. de plag.

Etiam si sciens Volensque in Donationem conser-
tit. arg. l. 13. ff. ad L. Aq.

Rei donatæ pretium ultra 500. solidos non extendatur
sine Insinuationis solennitate, quâ omissâ, Regula-
riter donatio inutilis est, in eō tantum quod exce-
dit l. sancimus. 34: §. 1. l. si quis arg. 35. §. ult. C. de Don.
In tantum, ut Piæ causæ & Religiosæ personæ do-
natio-

nationis effectum optatum, sine Insinuationis subsidio consequi non possint. d.l.35. §. fin. vers. Tantoq;
magis. l.19. C. de S. S. Eccles.

Viventis Hereditatem nullam esse, ideoque donatione transferri in alium non posse, rationis & juris authoritas suadet. l. 1. ff. de hered. vel actione vendita.

Minorem Res suas, imprimis Immobiles, propria autoritate donare non posse docet. l. 1 ff. de minoribus: & 1. 1. ff. derebus eor. qui sub tutel.

Aurum & Argentum, non potest donari à Cive Romano Barbaris. hostibus Imp. R. l. 2. C. de Commerc. ibi: non solum illis aurum non præbeatur sed si apud eos inventum fuerit subtili auferatur ingenio, &c. Nec ferrū factū & infectū, ut sunt, Loricæ, Scuta, Arcus Sagittæ, Gladii, Bombardæ majores, minores, barbaris & hostibus Imperii Romani licite donamus, Pernitiosum namq; Imperio Rom., & proditioni proximum est, barbaros & hostes, quos indigere convenit, telis eos ut validiores reddantur instruere. l. 2. C. quæres export. non deb.

Cotem quoq; ferro subigendo necessariam hostibus R. Imperii donare non possumus arg. l. 11. ff. de Publicanis.

Vassallum Feuda, Fiduciarium Fideicommisso pure subjecta, Virū Dotalia & Paraphernalia, inæstimatò accepta donare non posse; Rationibus & LL. consentientibus muniti asserimus, & hanc quoque Sectionem hincce concludimus.

SECTIO QUARTA.

De Actionibus Donationis Propriæ Causâ Comparatis,

C 2

Non

Non tantum in malefaciendo homines nullum tenere modum sciunt, sed & mediocritatis & honestatis fines transeunt, si animum ad Benefaciendum applicant: modò enim, Donationem exercentes, sine delectu personarum, dignis Indignis facultates suas penè omnes adjungunt, malignè circa suum sanguinem inferentes judicium; modò liberalitatem & munificentiam Consultò in Dignum collatam, puerili affectu, vel implere recusant, vel differunt, vel temerè revocant: sed nec ii qui liberalitatem accipiunt, sibi ipsis consulere sciunt, hos enim aliorum liberalitas ad obsequia inclinare debebat; sed & illi ingratitudinis exercitio se omni beneficio privant. Ut nihil moderate & honestè peragatur si non secundum Leges vivatur! Hos itaque inordinatos motus, constringere atque coercere volentes Legislatores, singulares Actiones constituerunt, quas compendiariò enarrabimus, respicientes ad Personas. 1. DONANTIS. 2. DONATARII; 3. HEREDUM.

I.

Quocunq; ita modo perfectæ Donationes sint, Temerè revocari non possunt. §. 2. Inst. de Donat. sed firmæ illibataeq; maneant l. ult. C. de revoc. donat.

II.

Si tamen Donationis acceptor Ingratus circa donatorem invenitur, DONANTI competit Actio Revocatoria, ex l. ult. C. de Revoc. Donat. quâ, totum quod donatum Revocatur, nec sibi, de ea donatione blandiatur quâ se indignum judicavit:

III.

Ingratus autem dicitur: si atroces injurias in donatorem effundat; vel manus Impias inferat; si jacturæ insignis

signis molem ipsius Bonis imponat; vel in vitæ periculum eum conjiciat, vel placitis donationi appositis stare detrectet: *d. l. ult. C. de Revocat. Donat.*

IV.

Quas Ingrati Notas, eò diligentius retulimus, cum extra eas aliæ non admittantur. *d. l. ult. ibi: Ex his tandemmodo causis.*

V.

Præterea requiritur ut Donator hæc omnia probet, *d. l. ult. ibi: si fuerint in Iudicium Dilucidis argumentis cognitionaliter approbatæ.*

VI.

Vbi notandum, non **I P S O I U R E** ut quidam Dd. asserunt, hanc Donationem irritam esse, sed legitimis modis hanc debet revocare *d. l. ult. ibi: in judicium deductis &c. & §. 2. fin. Inst. de Donat. ibi: licentiam præstimus ex justis causis revocare.*

VII.

Heredibus verò Donatoris, hæc Actio non datur, sed ad primas usque personas hanc revocationem stare censemus, nullâ licentiâ concedendâ Donatoris successoribus, hujusmodi querimoniarum primordium instituere *d. l. ult. §. hoc tamen usq.*

VIII.

Nec Adversus Donatarii Heredes conceditur *d. l. ult. C. de Revoc.* Quod si à Donatore instituta est, dubium non est, quin heredibus detur & contra hæredes transcat. *d. l. ult. §. Hoc tamen: §. fin. Inst. de per. & temp. act.*

IX.

Est & alia Donatio, quæ præter intentionem Donantis, & culpam Donatarii irrita redditur, quam Supervenientia Liberorum inducit, cuius ratione etiam

actio Revocatoria Patri datur l. si unquam. C. de Revocan-
dis donat. quâ totum quicquid largitus fuerat repetit,
d. l. 8.

X.

Quod si liberi eius Naturales & legitimi experiri ve-
lint, Querelam Inofficiosa Donationis Intentare pos-
sunt, l. i. 2. C. de inoff. donat.; quâ OMNIA repetunt, quæ
pater, dum ageret in rebus humanis, immensæ libera-
litatis imperu alienavit,

X I.

(Dixi omnia) respectu scil. habito ad Extraneos, ab
illis enim omnia revocant. l. si totas, s. C. de Inoff. donat.

X II.

Quod si contra fratres vel sorores agant, illud,
quod immoderatè gestum est revocatur. l. 7. C. de inoff-
donat.

X III.

Et cum hæc querela ad similitudinem inofficiosi Te-
stamenti sit legibus introducta. l. ult. C. de inoff. Donat. Du-
bium non est, quin etiam parentibus detur. d. l. ult. Cuiac.
in parat. & Donell. lib. 19. Comm. cap. II.

X IV.

Vltimo loco, paucissimis indicabimus, quibus A-
ctionibus Donatarius rem sibi Legitimè donatam con-
sequi possit. Si itaq; Pollicitatione Donatio facta sit, in
Pios Vsus, non tantùm Donator condicione ex Lege,
puta: 15. C. de S. S. Ecclesiis, ad perficienda ea, vel per Se,
vel per Heredes quæ Donatione continebantur, cogi-
tur; sed etiam Lege 35. C. de donat. ad id compellitur.

X V.

Donationes quoq; Pollicitatione in Civitatem fa-
etas ex l. 8. ff. de Pollicitationibus. Extraordinariâ prætoris
vel

vel præsidis cognitione, suadentibus, ita circumstan-
tiis, ad effectum consummatum deducere possumus.

XI.

Si autem stipulatio Donationi inserta sit, dicendum
ex ejus autoritate Traditionem compelli fieri *l. si quis
argent. 35. §. 5. C. de Donat. Novell. 162. cap. 1.*

XVII.

Si verò Nuda Conventione Donatio perfecta sit;
Conditionem ex Lege: *puta 35. C. de Donat.* Donatarius
instituere potest. *Novel. 162. cap. 1.*

XIX.

Dantur autem hæ Actiones, non tantum in Dona-
tores Ipsos, sed & Successores eorum, nec tantum His,
in quos Donatio facta est, sed & eorum Heredibus com-
petunt, ut expressè constat *ex l. 35. §. fin. C. de Donat.*

XIX.

Cæterum, ii qui ex Liberalitate conveniuntur, Di-
vi, Pii, Rescripto, se adversus Inciviles Donatores tu-
entur, ut in id tantum **QUANTUM FACERE POS-
SUNT** condemnentur. *l. 28. ff. de R.I. l. 12. l. 33. ff. de donat.*

XX.

Quod si quæstio de Donatæ rei Accessionibus Inci-
cidat, cum IC TO Cajo lib. 3 de Legat. ad Edict. respondemus:
neq; partus nomine, neq; fructuum, neq; pensionum,
neq; mercedum ulla Donatio facta esse videtur.

XXI.

Si de Mora & Vsuris quæritur; Modestini Respons.
sequimur in *l. 22. ff. de Donation.* ibi: Eum qui Donatio-
nis causâ Pecuniam vel Quid Aliud promisit, de Mora
solutionis, pecuniæ Vsuras non debere, summæ æqui-
tatis est.

XXII.

Nec de Evictione Regulariter Donatarius tenetur,
ad eo



adeo, ut nulla actio Donanti, contra Donatorem competit,
l. Arist. 18. §. fin. ff. de Donat. Quamvis actio de Dolo
detur, si dolo Donantis factum sit, ut Donatarius Sum-
tus Magnos in rem donatam ficeret.

Theoretico - Iuridicam, Ratione, Loco, & tempore exigentib.
Compendiosam, Donationis Propriæ Tractationem, Dispu-
tationi inservientem, promiseram, quam eo. quo vides modo
exhibui : Quæ si tibi B. L. placet, est quod mihi gratuler de
Consentiente; sin minus, utere facilitate Tua Naturali,
nec offendar Dissentiente.

TANTVM EST!



Ἐπιδαψίλευσις

I.

Celebrata illa Donatio Constantini Magni,
Piissimi, Iustissimi Principis, Imaginaria est; & Cap.
vel Constitutio in Decreto, (Dist. 96.) eam con-
tinens, non παλαιά est, PALEA est!

II.

Exceptio non numeratæ Pecuniaæ, q. t. neque
cum probatione, neq; sine probatione, post bien-
nium opponi potest.

III.

Pupillus, qui intelligit, quod agit, verè
naturâ obligatur.

F I N I S.

٥٣٣٧٩



1007

coronabimur qui non sentit non co-
loquitur quia misericordia percepit non inveniatur in
dignitatem dolos et uera penas exhorti in
mutacione sic ergo ut anima huiusmodi corrum
dolos ex eo quod sensus applicat ad ignem cui
missis annis quod habet et puto sentit non inveniatur
corrum nisi realiter sed in corpore et similius sic et
anima separata per in celum applicata ad ignem
et per hoc uere cruciat et dolos suos enim tunc
quod ut diximus licet nesciat carnem sive separare
dolorumque spiritus in aliquo in hoc fugatur
uice missus quod ueretur a cruci ab igne per
mutacionem ut uite domini secundum sententiam
non enim exhortatur quod in celo sit missus et quod non recipiatur
propter alii in celo habentes quod missus sufficit
enim quod nullus recipiatur quod ille cruciatur anima ab
igne per mutacionem secundum et nichil enim est quod spiritus
malignus regnatur sanctus ignis corrum in seculum
ad eos quod pacatur hi per penitentiam uocari quod
spiritus portat ignem in seculum quod potius est de
us alterum in mutacionem et taliter et alio per
nam horum caruere in spiritu maligno suu igne
nequaquam caruere cum igne in mortali gressu dictum sic quod
penitentia et dolorum filii in nobis dum viuimus suu in
anima separata sicut hisceum maligno et ex in mu-
tacione corrum realiter in corpore mortaliter et similius
naturae alio quod ueretur ad mortuum et ueretur ad dolos pena
lenti modo datur et quod miseris magis de similibus corrum
sunt quod modum in mutacione per animam separata quia
dicunt quod corrum secundum quod modum sunt et caruere si
per ut quod infrigidetur ut calefactetur si sic et
tunc possit calefactus quod adulterii fieri ignis et quod
ex eo absurdum est n. diligenter modus ac plena
mutacione decorum augustinus ut possit adaptata
re libra sua ad numerum propositum quod est ex his
in fine duplice passione habet illi dupli dolos
per quibus ibi in carcere est propter scientiam caruatur
cruentatus n. torquens in loco penitentia ueretur
sic spiritus et in loco permutatus applicatur et sic in
hunc corrum inueniatur sue libertatis relictus posse
non sustinere isti loco sic illi per arbitrio
libertatem si ponatur in carcere habeat libertatem
poterit si non in loco possit se sustinere
sic spiritus sue non derelictus per applicare uir-



Farbkarte #13



DISPUTATIO INAUGURALIS,
IURIDICA.
de
**Principali Rerum Communis
candarum Modo:
DONATIONE PROPRIA.**

Quam
DEO TRINVNO ASSISTENTE.

Ex Decreto & Authoritate,
Nobilit. Ampliss. IVRE CONSULTORVM ordinis

In Illustri Academia IULIA,
SVB DIRECTORIO

Amplissimi, Consultissimi, Excellentissimi viri,

DN. IOANNIS STVCKII ICTI,
Codicis Professoris publici, Facultatis Iuri-
dicæ ordinarii, ac p.t. promotoris; nec non Illu-
strissimi Brunsvicensium Ducis Consiliarii, & Dicaste-
rij Guelphici Assessoris meritissimi, &c. Promotoris ac
Fautoris sui multum honorandi.

**PRO SVM MIS IN VTRQVE IVRE PRIVILE-
GIIS ET HONORIBVS DOCTORALI-
BVS CONSEQUENDIS**

Publicè exhibet

BRODERVS PAVLI, Husensis
Holsatus.

*In Auditorio Maiori
Ad diem 21. Maii
Horis ante & Pomeridianis.*

HELMAESTADI,
Ex Typographéio LUCIORUM,

Anno Christi cīc Iō cXXIX.